

Bischof Berthold von Naumburg urkundet, daß er auf Bitten seines geliebten Konrad, Markgrafen der Lausitz, ein Dorf, welches er von seinem Vorfahren von Alters her zu Lehn gehabt, gelegen in dem Howist genannten Walde, mit 40 Hufen und Zubehör, seinem Kloster Riesa zugeeignet hat. —

Zeuge: Graf Dietrich von Groitzsch.

1197 Jan. 14.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 117. Das wohlerhaltene S. des Markgrafen Konrad an grünen Seidenfäden = Taf. IX. 7, das wohlerhaltene Siegel des Bischofs an braunen Seidenfäden.

Anm.: Riesaer Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden 13.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Bertoldus divina favente clementia
 10 Nuenburgensis ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris
 gratia vobis et pax adimpleatur; amen.: | Iustis desideriis petentium facilem animi ac-
 commodare condecet assensum et deo famulantium sacre scripture auctoritate in omnibus
 instruimur | sublevare inopie defectum et pium antecessorum nostrorum omnimodis appro-
 bare et confirmare propositum. Proinde notum esse volumus omnibus christiane fidei
 15 cultoribus, qualiter nos divine remuneracionis intuitu petente dilecto nostro Conrado Lusi-
 censi marchione villam quandam, quam a predecessore nostris in feodo diu possederat,
 sitam in nemore, quod dicitur Hovvise, cum mansis XL cultis et incultis, cum venationibus
 et piscationibus et aquarum decursibus, cum pratis et cum frumento, quod vulgo dicitur
 mastcorn, quod conprovinciales in pastura porcorum exsolvere consueverant, similiter cum
 20 frumento, quod nomine communi dicitur vorstcorn, quod pro vectura lignorum eidem ville
 adiacentium reddebant, et omnimoda prorsus utilitate et iure cenobio nostro in Rezowe ad
 usus deo ibidem die noctuque militancium contulimus. Eadem namque beneficia dilectus
 noster Godefridus eiusdem ecclesie prepositus prefato marchioni datis LXX marcis argenti
 redemit nobisque multis coram presentibus resignari fecit et sibi suoque cenobio conferri
 25 peccit et impetravit. Preterea cuidam Heinrico, qui ibidem xx mansos a manu marchionis
 habuerat, XLV marcas argenti dedit ipsumque omni suo iuri renunciare sponte obtinuit.
 Voluntate postmodum prepositi advocaciam prefate ville marchionis discretioni recogno-
 vimus pacto tali interposito, ut nec ipse nec aliquis eius successorum quicquam ibi exi-
 gendi habeat licenciam, nisi forte a preposito loci vocatus pro spe eternorum premiorum,
 30 que per se ordinare non potuerit, emendet, terminet et componat. Debitum etiam rusti-
 corum, quod cyp appellant, omnium villarum eiusdem prepositure pro sua suorumque
 salute nobis consenciente liberum et absolutum perpetualiter remisit, vectionem similiter
 navium in flumine, quod Albea dicitur, que in inferiori parte cenobii adiacet et iuris sui
 prius in utroque littore pariter extitit, delegavit ecclesie. Hec, que presenti pagina exora-
 35 vimus, rata et inconvulsa manere decernimus sigillique nostri inpressione roborata com-
 munimus et, ne ab aliquo infirmari aut in irritum revocari debeant, in nomine patris et
 filii et spiritus sancti interdicimus. Si quis hiis contraire attemptaverit et aliqua horum
 ecclesie alienare presumpserit, anathema sit. Huius rei testes sunt hii: Albertus Puzo-
 wigensis abbas. Bruno Misnensis prepositus. Conradus de sancto Stephano in Cice pre-
 40 positus. Uualterus de Monte Sereno prepositus. Canonici Nuenburgenses: Hartmannus